Quelle: https://manuscripta.at/?ID=4542
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Iam pulcherrimam cuiusdam regis filiam patre
orbatam ad eum misit. Cui cum vir dei predicaret
Illa videt: Si me ab ydolorum cultura saluare
desiderabis, coniuge nil nuptiarum copula. Nam
et christiani coniugia non abhorrent sed laudant
quia patriarche eorum et prophete, et petrus eorum
apostolus eorum coniuges habuerunt. Ad quam
ille: Inaniter mulier laboras ista non prosequeris.
Permittit quidem christianis uxores du-
cere, sed non hiis qui promiserunt christo virginitatem
seruare. Et illa: Sit ita ut vis. Sed si
animam meam saluare desideras, unam mini-
mam peticionem michi perfice: Concumbe
mecum tantum hac nocte et promitto tibi quod
summo diluculo efficiar christiana. Nam ut
dicitis gaudium est angelis in celo super
uno peccatore penitenciam agente, auctori con-
uersionis nonne maior merces debetur.
Semel nunc tecum acquiesce et sic me ipsam
saluabis. Illa igitur tamen hec illius for-
titer cogitare cepit. Quod demon videns